Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula V.

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Visual Library

eſt. Atqui nos longè certius & manifeſtius eſſe putamus, omne id, quod cauſam finalem habet, habere etiam efficientem, quàm omne, quod efficientem habet, habere quoq; finalem. Sed de hiſce alibi plura. Jam enim id anguſtia chartæ non permittit.

REGULA V.

Quod poteſt fieri per pauca, non debet fieri per plura. Ex *IIX. Phyſ. t. 48. & III. de partib. anim. c. III.*

Diſputationum Philoſophicarum
DECIMA
continens
REGULAS VI.
circa doctrinam
APPETITUS
RESPONDENTE
publicè
LÆVINO DROSEMEJERO,
Hannover. Saxon.

REgulis, quas doctrina cauſæ finalis nobis ſuppeditavit, ſubjungere placet eas, quæ de appetitu, bono item & malo loquuntur.

Cùm enim natura finis ſit movere appetitum vel voluntatem, quod quidem nihil aliud eſt, quàm appeti, ratio verò, per quam movet, ſit bonum, atq; adeò tanta bono cum cauſa finali intercedat